Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

attendat quantum excessus que in primis duobus articulis statuta sunt salus
animarum preciditur sed nutriatur contra vota luciferi iurgia, et prudenter considerent
quod eorum omnia cum aliis ministris beneficio salubriter et quasi initio pertinu-
erant. Ideo tertium articulum diligenter intelligat quod fratres ipsi contra privilegia
Ro. pon. eis benigne concessa ante constitutionem eandem habebant
quamvis quia sint pauperes singuli nichil habentes nec in communi rustica predia
ymo nec urbana vel mobilia eorum alia et divini mediante
victu quem non vestitu et ceteris sustinent post quam vel viventium pie-
tas aut morientium caritas eis necessaria subministrat, quibus ergo non
invideatur eorum qui omnia nolentes habere etiam reliquerunt, quibus non compa-
tiatur eisdem operantibus tamen velut in agro predicto certe nullus nisi qui
caritatis bonis ob inopie alligatur velit aut eos subtractis ali-
mentis necare inopes patrimonium omnia ipsa non habendi necessitate suscitant
et accidentalibus res certas vel prius locis donatas circa predicationem
seu huiusmodi inspectionibus et in sepulturis ipsis fratribus in minutis relicta
pauperibus non patiuntur fastidia et legata ad fabricam vel preciamento-
rum ecclesie aut ad divinum cultum spectantia solutioni non subiacentis canonice
portionis cum pauperes autem ut dictum est sint fratres et quod eis relinquitur
aut in sua alimenta erogant aut in fabricam sive cultum divinum
et ecclesie ornamenta convertunt, quem quoque debemus intelligi super
egenum et pauperem et non obliviscatur eorum cum huiusmodi sit et [illegible]
[illegible] principes egenos prospicit et dare operam ut pauperibus
alimenta non desint non tamen pie quam quodammodo iuste in eodem
articulo egerimus eosdem ut premittitur fratres reddendo ab omni canonice
portionis exceptos. Hec adicimus constitutioni que incipit Super cathedram,
quam penitus revocamus aliis quibuscumque constitutionibus specialibus vel
generalibus statutis privilegiis indulgentiis sub quacumque forma verborum
concessis etiam si de eis de verbo ad verbum vel aliquorum nominibus in ipsis habitis
oporteret fieri mentionem concessionibus pactis iuramentis firmis consue-
tudinibus contrariis nequaquam obstantibus inviolabiliter observari statuimus.
Nulli ergo et cetera nostre statuti denuntiationis exceptionis preceptorum appro-
bationis inhibitionis voluntatis exemptionis revocationis et sanctio-
nis et cetera.

Revocat constitutionem Super cathedram et cetera.

Benedictus. xi.

Hec tractat de inquisitione heretice pravitatis per diocesanos et inquisitores et [illegible] processuum.

Ex eo quod quedam novella constitutio super negotio heretice pravitatis
a fe. re. Bonifacio pape viii. predecessore nostro edita continet quod in ipso nego-
tio per dyocesanos episcopos et inquisitores super eodem facto inquiri
valeat coniunctim vel divisim et si divisim processerint teneantur sibi
ad invicem communicare processus, nos consulere volentes qui et quotiens
sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem desiderium nostrum consilio
intelligendo dyocesanos et inquisitores tunc demum divisim procede-
re cum et hii et illi separatim et qui episcopi tantum vel inquisitores
tantum procedunt. [illegible] quod quotiens neque procedunt si divisim
fiebant in fine dum causam nihil restat agendum nisi quod sententia.